UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Grammatica Hebraeae Chaldaeaeqve Lingvae

Aurogallus, Matthaeus

Vitebergae, 1531

VD16 G 2553

De Cognatione Literarvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69682

Visual Library

tibi erit ad diſcernendum formas ea-
rundem, quo minus in ipſo ſtatim (vt aiunt) limine inpingas.

DE COGNATIONE LITERARVM.

ITem, non paucæ literæ quæ a natura plurimum habent affinitatis, crebro tranſeunt in affines, ſed ita tamen, ut neque ſingulæ in ſingulas muten/tur, verum cognatæ tantum, in cog natas, id quod primum literę dicti/onis אהוי oſtendunt, deinde ב &פ. Pręterea שׂ ו ט ſiniſtrum & ס. Po/ſtremo etiam שׁ dexterum & ת cum linea mollis pronuntiacionis perſæ/pe inter ſe variantur.

DE NOVEM VOCIBVS ET PRONVNCIACIONE EARVM.

Voces

VOces, non eo quo apud Latinos more proferuntur mixtę alphabeti characteribus, Sed ſeorſum a literis & lineis & punctis ſignantur, Quæ pro valore literarum (diducto in hoc apte oris rictu) pronuntiari volunt.

Prima eſt a obſcurum, rotundoque ore ipſam enuntiamus, ſignum eius eſt _ & קָמֵץ vocatur.

Secunda a ſubtile ac clarum, cui פַּתָּח nomen eſt ab aperiendo, eo ꝙ magno oris hiatu efferatur, in fine dictionum ח & ע vnice amat, hac ſignatur nota _ quam infra literam perpetuo poſitam inuenies, ad diſcrimen רָפֶה lineæ, quæ mollis prolacionis gratia ſupra literas ſcribi ſolet.

Tercia e durum duobus nota-

ra punctis, hunc in modum & צֵרֵי dicitur.

Quarta e molle, cuius pictura eſt ֶ & eam סְגוֹל appellamus. Hac uoce שֶׁ relatiuum gaudet.

Quinta i atq; eſt eiuſdem cum i latino pronuntiationis & ſub literis ſcribitur, ſic ſolitario puncto. quem hebræi חִירִיק nominant.

Sexta o agreſte nomen eius חוֹלֶם & ſupra literam ſemper locum tenet ita tamen ne רְבִיעַ accentus appareat.

Septima o exile, ac שְׁבָא vel חֲטת dicta, hoc modo ְ pingitur infra literam, eam raro vel nunq; legimus, & componitur cum ַ ָ & ֶ in hunc modum. ֲ ֳ ֱ

Octaua, ipſi ו tantum ſeruit ſine aliæ uocis apice, aut ſigno ſic וֹ, in

prolatione perq; ſimilis u vocali lati/
næ eſt, nam pleno exprimitur ore, vn
de & nomen habet מְלוֹאפּוּם cum
alioqui שׁוּרֶק cognomine gaudet.
Huic uoci non diſſimile רַגֵּישׁ. pun/
ctum eſt. Quod in uentre literarum
præter grauem prolationem inter/
dum præcedentis interdum ſequen/
tis literæ abſentiam ſignificat. Da/
uid Pſalmo CII. הוּכָּה כָעֵשֶׂב וַיִּבַשׁ
לִבִּי. Verū hoc puncti genus א ח ה ע
item & ר nequaquam ferunt

Nona & vltima quæ in calce
dictionū nūq; reperitur קָבוּץ שְׂפָתַיִם
a contrahendis labijs nomenclatu/
ram eſt ſortita ita formatur in profe
rendo u gallici ſonum imitatur, qui
inter i & u apud nos obtinet medi/
um.

Quæ conſonantes uocib. carent.

Hæ

Hæ finales conſonantes ם ח & ץ harum nouem uocum figuris ſignisq; priuantur.

DIVISIO VOCVM.

SEMPER LONGE.

קָמַץ ſine א שְׁבָא & צֵירֵי longæ ſunt.

BREVES

שְׁבָא פַּתַח & סֶגוֹל perpetuo breues.

COMMVNES.

חִירֶק præſente י longa eſt, ſemoto י, ſub qualibet etiam litera breuis הוֹלֶם cum וֹ longa ſine וֹ breuis, ſic שׁוּרֶק ſi habet וּ producta eſt, ſin minus, correpta. Aduerte שׁוּרֶק vocabulo & מְלוֹאפוּם & קִבּוּץ שְׂפָתַיִם dici.

At libet hoc loco exempli gratia duos perquam eleganteis verſiculos e Parpinianenſi poeta adijcere. Sunt autem Iambici ſenarij.

קנה הכמות קנה בינה ידידי
אל תתיר לנפשך המבירת

VSVS VOCVM.

Voces præter legendi ſcientiã, & ſyllabarum racionem, diuerſas etiã orationis partes inter ſe non ſolũ ſeiungunt, ſed quoq; fere omnibus earũ accidentibus, ita famulantur ut in nomine pronomine & participio genera quandoq; & nominum ſignificationes conſtructionesq; oſtendunt. Ad hæc etiam in verbo coniugationes modos tempora & perſonas declarare ſolent. Quod ex

hijs uocabulis quæ hic adiecimus, & deinde ex alijs, de quibus ſuo ſemper loco dicemus, exemplis, formiſq; non obſcurum erit lectori animaduertere.

EXEMPLA QVAE VSVM QVEM EX VOCIBVS CAPIMVS SIGNIFICANT.

שָׁלוֹם שָׁלֵם שְׁלֵם : אֵל אֶל אַל : עַם
עִם : פֶּה פֹּה : שֵׁם שָׁם : אֵם אִם : חֹנֶת
חֲנָה : יָפֶה יָפָה : אַתָּה אָתָה אַתְּ : מוֹרָת
מוֹרֶה : אַמָּה אָמָה : דָּבָר דֶּבֶר : שַׁר שָׂר :
שָׁנָה שֵׁנָה : תְּפִלָּה תִּפְלָה : בְּרָכָה בְּרֵכָה :
בָּקָר בֹּקֶר בַּקָּר בֹּקֵר : שׁוּב שׁוֹב :

DE PVNCTANDI ARTE.

Scribendarum uocum ſcientia ex articulis nominum declinacionibus & formis

de quia